

IN

# CODICEM BOTANICUM LINNAEANUM

# INDEX ALPHABETICUS

GENERUM, SPECIERUM AC SYNONYMORUM

OMNIUM

## COMPLETISSIMUS.

COMPOSUIT ATQUE EDIDIT

DR. GUIL. LUDOV. PETERMANN,

REI BOTANICAE IN UNIVERS. LIPS. DOCTOR PRIVATUS.

LIPSIAE

SUMPTUM FECIT OTTO WIGAND

1840.

# PRAEMONENDA.

---

De magna Codicis Linnaeani utilitate persuaso mihi, usum hujus operis commodo indice expeditissimum reddere, omni sane opera atque cura maxima dignum visum est negotium; nec mole ingente deterritus nec permagna difficultate retentus omni studio laborem huncce intricatissimum, et defatigantem maxime et tamen omnem animi adtentionem requirentem, tantummodo scientiae ardore impulsus suscepi. In elaborando autem indice diligentissime et accuratissime versatus, ne vitium quidquam committeretur, sedulo cavi, ideoque, ut clavem operis praeberem quam maxime fidelem atque plenam, ipse exscripsi indicem totum, ut quam maxime facilem, ipse omnia in ordinem redegi, et ut quam maxime correctam, ipse ter quamque plagulam correxi.

Recepta sunt nomina generum, specierum varietatumque atque synonyma Linnaeana, praeterea synonyma a Linnaeo citata omnia tam botanicorum, qui ante Linnaeum, quam eorum, qui Linnaeo vivente scripserunt, ita ut totum paene Codicem in hocce indice in litterarum ordinem dispositum reperias.

Omissae quidem sunt solum diagnoses specierum, trivialium nominum loco a Linnaeo ante Specierum plantarum editionem primam vel ab aliis scriptoribus botanicis Linnaeum hac ratione secutis adhibitae, ubi tales plantae eidem generi, cui in illis diagnosibus adscriptae sunt, etiam in Codice subsunt; sin vero sub alio genere in Codice sunt evolvendae vel ubi alia aderat causa justa, has quoque diagnoses indici inserui, ne quid, quod alicui in Codice momenti esse possit, frustra in indice quaereretur.

Genericis et trivialibus nominibus plantarum Linnaeanis opus illud, in quo primo a Linnaeo sunt proposita, per litterarum compendium (quam ob rem in Codice pagin. XXX. et XXXI. conferas) semper adpositum est, ita ut, in quonam opere cujusque generis nomen primo a Linnnaeo receptum et triviale cujusque speciei nomen primo datum sit, statim videas.

Perspicuitas ubique proposita est brevitati, dum nominibus et synonymis quam facillime evolvendis et difficultati, quae primo adspectu Codici inesse videri possit, tollendae diligentissime studui.

Ita, Lector Benevole, accipe huncce indicem hac fide, ut tibi persuasum habeas, me pro viribus humanis in hoc opere elaborasse et ut justis votis satisfacerem, omni opera nisum esse, ita ut clavem Codicis botanici Linnaeani completissimam, fidelissimam, accuratissimam et correctissimam teneas. Jam vale mihique fave.

Scripsi Lipsiae
mense Junio anni, quo quartum saecularia
inventae typographiae celebrantur.

**Dr. Petermann.**

# I N D E X

## GENERUM, SPECIERUM AC SYNONYMORUM.

---

Obs. Linnaeana nomina majoribus (trivialia *cursivis*, generica **crassis**), Aliena nomina minoribus (trivialia *cursivis*) exprimuntur litteris.

---

## A.

## B.

# C.

# D.

# E.

# F.

## G.

# H.

## I.

## K.

# L.

# M.

# N.



# P.

## Q.

# R.

## S.

# T.

# U.

# V.

## W.



## X.

## Y.




## Z.

---

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEUBNERI.






3 9088 00044 6286
SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES